

PVGLINA PIANA.

541

Hadriatici: qua Septentrio, Magna Græcia & Amne Crathi clauditur. Caput & Metropolis ejus ut olim, ita & hodie *Consentia*, Strab. Ptol. Græcisque ceteris: *Consenza* hodie. Sita circa declivitatem pene Apennini, colles amplectens septem, quibus maxima Urbis ædificiorum pars inposita. Civitates reliquæ: *Mantbia*, *Fredus*, *Belmonium*, *Sanctæ Euphemie*, *Fanum Rhegium*, *Tropia*, *Castrum Villare*, *Altomonti*, *Turranum*, *Rugianum*, *Marturanum*, *Nicastro*, *Briaticum*, *Hippo*, quæ etiam *Vibo Valentia* dicta fuit. Superioris quæ olim *Magna Græcia* fines, ad Solis exortum Æquor Adriaticum: ad Meridiem Flumen Alex & Bruttii: qua Occasus est Crathis Amnis cum Apennino & Lucanis: qua Septentrio Sinus Tarentinus, cum Apulis Peucetiis. Hic antiquissima nobilissimaque Urbs est *Tarentum*, *Tarantum* Appiano Alexandrino; *Taras* Strab. & Ptol. *Taranto* hodie. Calabriae quondam & Apuliz, totiusque Lucaniæ Caput, L. Floro. Situe ejus notatur in intimo recessu Sinus, qui ab ipsa Urbe dicitur *Tarentinus*.

Urbes.

Supereft in hac Tabula *Lucania*, hodie *Basilicata* dicta: unde incertum. Fines hodie ab Occidente Silarius Amnis Campaniæ Limes: ab Meridie, Mare Tyrrhenum: ab Oriente, Laus cum Bruttii Magnæ quæ Græciæ parte; ab Septentrione Peucetii in Apulis, cum Hirpinorum portione. Montosam & asperam esse totam indicat Livius. Hodie farteam, quam olim, Incolis est frequentior: quamquam adhuc magna multis locis solitudo, propter vias difficiles, horridosque Nemorum Saltus Latrocinii infesta. Opida hic ad Mare *Pæstum*: *Pæsti* meminit Virg. lib. IIII Georg. *Biserique Rosaria Pæsti*. Ad quem locum Servius *Pæstum* Calabriae facit Civitatem, ubi bis quotannis Rosæ generantur. *Acropolis* Opidum ab Silario ostio M. XII: Aere gaudet præstantissimo. Originis esse Græcæ, ut hoc trætupleraue, ipsum indicat Nomen. *Pisciotta*, *Buxentum* Plin. Melæ. & Ptol. *Policastrum* nobilis Urbs, Ducatus titulo insignis. In Mediterraneis *Padula* Opidum, *Marchionatus* inclutum dignitate. *Capacia* Urbs, olim frequens admodum & opulenta. Reliqua omitto. Porro in altera parte Regni Neapolitani, Archiepiscopi sunt: Archiep. *Regiensis*: huic subsunt *Lucerensis*, *Cotroniensis*, *Cassanensis*, *Cathacensis*, *Neocastrens*, *Giracensis*, *Troperensis*, *Vibonensis*, *Squillacensis*. Arch. *Consentinus*, sub quo est *Maturanensis*. Arch. *Rossanensis* non habet suffraganeos, *Bisignanensis* est exemptus. Arch. *S. Severina*, sub quo sunt *Ebriacensis*, *Strangulensis*, *Geneocastrens*, *Gerentinensis*, *S. Leonis*. Arch. *Larocatum* sub quo *Mutulensis*, *Castellanensis*. Arch. *Brundisium* cui subest *Astrinensis*. Arch. *Hidrontinus*, cui *Castrens*, *Gallipolitanus*, *Liciensis*, *Ugentinensis*, *Lucensis*, *Nertonen* exemptus est. Arch. *Baren*, cui subsunt, *Betontinensis*, *Calphaianus*, *Juvenacensis*, *Rubentinensis*, *Salpersis*, *Cauriensis*, *Baterensis*, *Conversanus*, *Minerviensis*, *Polignircensis*, *Cathericensis*, *Lavellinensis*. Arch. *Tranensis*, cui subsunt *Vigiliensis*, *Andrensis*, *Penensis*. Arch. *Sipontinus*, cui subsunt *Vescanensis* exemptus; *Troianensis* exemptus: *Melphiensis*, *Monopolitanensis* & *Rapolensis* exempti. Arch. *Cannosanus* sub quo *Auranensis*, *Sarranensis*, *Montisviridis*, *Laquedonensis*, *S. Angeli de Lombardis*, *Bisacensis*, Arch. *Acheronti*, cui subsunt *Potentinensis*, *Tricarientis*, *Venusiensis*, *Gravien*, *Angolensis*.

Lucania Basilicata & unde dicta.

Situs.

Soli qualitas.

Urbes & Opida.

Y y y iij

CORSICA